



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

18



ДИОГЕНЕС
ГЕОЛОГИЧЕСКОЕ



LECTORI BENIGNO AC STUDIOSO S. P.



Sicut omnes Artes, quæ ad humanitatem pertinent, ut ait Cicerò, communi quodam quasi vinculo inter se continentur; usque adeo, ut nullius ignarum esse oporteat eum, qui plenum ac laudabile eruditionis opus querat; quam *ἐγκυκλοπαιδείαν* appellare solemus: Ita utriusque Linguae & Historiarum studium est admandum colendumque; vel in primis: quod cæteris omnibus non tantum fundamenta suppeditet, sed & perfectionem addere, & ornatum insignem afferre existimetur; juventuti utile, senibus jucundum, necessarium omnibus, principibus commodum, Reipublicæ salutare, atque adeo *ἀξίον τῆς τιμῆς αὐτῆς*. Et studium sanè Linguarum quanto per se sit necessarium ad scientiam, sive cognitionem rerum comparandam accuratam, multum hinc verborum facere non est opus fortasse: Cum enim scientiam rerum, atque omnium Artium præcepta atque instituta ab alienis gentibus acceperimus, peregrino sermone comprehensa; utique illorum quoque linguam ignorari non debere consentaneum est. Id quamvis aliqui negare audeant; Operosè tamen refutandi non videntur esse, propterea, quod omnium Eruditorum summa consensione gravissimoque iudicio talis opinio sit enervata atque explosa. Linguarum multitudo atque diversitas unde traxerit originem, obscurum nemini nostrum esse potest. Et quamvis in pœnam temeritatis prodita sit: Infinitam tamen Authòris sapientiam manifestè ostendit; ut illarum cognitio præclarum ac singulare donum Dei haberi debeat; quarum diversarum notitia opus in primis sit illis, qui vel docere populum, vel gubernare Rempublicam vel etiam in quovis vitæ statu & conditione jucundè versari ac prosperari exoptent. Quemadmodum ergò studiis Theologicis accuratioribus necessariam esse linguam Hebræam non diffitemur: Ita Philosophiæ atque Artium studia (quorum ambitu Medicina quoque, Juris; prudentia comprehenditur) Linguae Græcæ Latinæque cognitionem necessariò requirere manifestum est: Quippe, quod ab utraque gente, totius Philosophiæ, sive sapientiæ (quantacumque in hominem cadere potest) possessionem, Liberaliumque Artium omnium conformationem atque usum liberalissimè communicatum habeamus. Quod ipsum Oraculo quodam indicatum præsignificatumque fuerat hoc versu: *ἐξ ἰσθμοῦ γαλῆς ἕξει σοφὸν ἰταλῆσι*. Et ut cætera omittamus omnia, nobis hoc tempore ad Græcæ Linguae commendationem sufficiat, vel solius Ciceronis, Romani Consulis gravissimi autoritas, qui non tantum ipse Græca cum Latinis conjunxisse, tam in philosophandi ratione, quam in dicendi etiam exercitatione, apertè profitetur: sed idem quoque Marco Tullio, filio faciundum iudicavit esse, operamque dandam, ut par sit in utriusque orationis facultate: quod nobis ipsis quoque dictum putare debemus. Nimirum, vel ex unius sive Hebrææ sive Græcæ *φράσεως* explicatione copiosa flumina scientiarum, tanquam ex uberrimo fonte deduci, clarissimamque lucem intellectui nostro affulgere cernimus: ut multis ad eam rem demonstrandam non opus sit argumentis. Idem quoque de Latina lingua statuendum est, quæ à Græcis acceptam doctrinarum varietatem amplificare atque exornare potuit; ut Romani Græcis suis Magistris nec rerum cognitione, nec eloquendi vi ac facultate inferiores extiterint: quin ipsi pari conatu, successu etiam feliciori philosopharentur. Atque eò usque res processit, ut Latina Lingua sit unicum maximè; idoneum omnes doctrinas communicandi atque explicandi instrumentum; cujus cognitione accurata atque usu carere nemo possit vel debeat, qui laudem, sive opinionem saltem alicujus eruditionis querat, ut rectè ab Ovidio pronunciatum sit in 1. de Arte:

Nec levis ingenuas pectus coluisse per Artes Cura sit, Et linguas edidicisse duas.


Quin hoc firmiter teneri debet, quod Dn. Philippus alicubi graviter confirmavit: *Sine his literis nec Religionem durare, nec bonas leges, nec quicquam salutare aut laudabile amplius in rebus humanis esse posse.* De qua re multa graviter scripta sunt à Dn. Camerario in præfat. ad Epist. fam. Ciceronis: & in Elm. Rhet. similiter à Dressero in Rhetor. Et à Fridericho hujus successore, sapienter commemorata repetitaque; in orat. inaugurali, publicata Anno 1608. quæ in omnium manibus versari atque observari debent. Neque hinc prolixam Historiæ commendationem instituere fortasse fuerit opus, aut pretium operæ: quandoquidem totum rerum atque actionum tum divinarum, tum humanarum curriculum ipsa complectatur; sitque non tantum consiliorum informatrix, sed & moderatrix actionum in omni vitæ genere, statu & conditione: usque adeo, ut quod Philosophi præceptis moralibus inculcare, Oratores arguere sermonibus ostentare, Poëtæ suavissimis fictionibus insinuare conantur; Illud universum Historiarum sive gestorum luculenta enarratione multò rectius efficiatur. Aristot. in Rhet. profitetur, Exempla non minus docere, quam argumenta; quod illa magis incurrant in sensus, & afficiant magis; dum nimirum valeant vel successuum felicitate ad pariter faciendum deliberantem impellere, vel eventuum atrocitate ab instituto deterrere. Atque eum ipsum Historiæ usum plerique scriptores omnes tum veteres tum recentiores, præfationis cujusdam loco indicare ac præsignificare solent: Quemadmodum Herodotus ipse suæ prolixæ Historiæ brevem summam tribus, quod dicitur, verbis indicat, dum scribit: Trojam propter adulterium Paridis everfam esse: *ὅπως καταφάνε τὸ τοῖς ἀνθρώποις γένεαι, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλας εἶσι καὶ αἰτιμαίους αἰσθῆναι τὸ θεῶν*. Idem Herodot. scribit τῶν Σεναχάρβηδ statuam lapideam positam fuisse in templo Aegyptiaco cum hac inscriptione: *εἰς ἐμὴν εἰσορῶν τις ἰσοσθῆς ἔστω*. Ex lapsu turris Silohanæ exemplum capiend. omnibus esse Salvator ipse monet; quo Historiæ usum apertè indicat: *ἵνα μὴ μετανοήτε, πάντες ὡς αὐτὸς ἀπολείδετε*. Et rursus: *ἄτως ποιήσατέ μιν ὁ πατήρ μου ὁ ἐπεράνειος*, Matth. 18. Quin & Jehova facta sua insignia literis consignari atque inculcari iussit ad omnem posteritatem, ut inde pietatis & fidei capiantur præclara documenta. Historia Diluvii, conflagratio Sodomæ, miraculosa liberatio & defensio Israelitarum, & similia alia; multò efficacius docent de Dei providentia, pietatis Zelo, ac pœnis peccatorum, quam vel centena Legum sive Præceptorum volumina. Quin & exempla fidei certissima ab Apostolo proponuntur magno numero, ad imitationem omnium destinata, Ebr. 11. Dives sanè in τῶν ἀδελφῶν, ut refert Historia Evangelica, non vult acquiescere in Abrahami τῶν ἀδελφῶν concione gravissima; sed requirit Exemplum evidens illius, qui ex inferno redierit, & rem ita se habere, ut commemoratum fuerat, seriò contestetur. Quemadmodum itaque in S. Historiis, doctrinæ de Deo, & Jesu Christo, æternæque salute, vitæque, normæ, & iustæ ac gratiæ divinæ, virtutumque; Deo placentium Exempla patent: Ita in cæteris Historiis profanis Consilia gubernationis Reipublicæ tranquillæ & felicitis; & e contra, causas mutationum & calamitatum possumus observare; & in aliorum illustrium gubernatorum Exempla, velut in speculum intuentes; ex alienis negotiis, periculis, consultationibus & eventis documentum capere, quid cuique in administranda feliciter Reipublicæ, & cæteris actionibus sequendum sit aut vitandum. Thucyd. appellavit Historiam *κτῆμα ἐς ἀνὴρ ζυγκόμενον*. Est enim perpetuus thesaurus Exemplorum, & pictura ac theatrum totius vitæ humanæ, ad omnia mundi tempora congruens: ubi actiones, consilia, eventus, eadem sunt: personæ tantum, & quasi Actores fabulæ singulis ætatebus novi succedunt, quorum opera, consilia atque actiones gestorum monumentis informantur: ut Historia à Comico rectè appelletur *speculum vitæ*, in quod intuentes debeant Exempla sumere: hoc facito, hoc fugito: hoc laudi est, hoc vitio datur. Vel ut Livius scripsit: unde tibi tuæque Reipublicæ quod imitere, capias; unde fœdum inceptum, fœdum exitum, quod vites. Atque hic iterum Præconis sive prolixi cujusdam commendatoris loco nobis sit Consul Romanus, qui rem amplissimam compendio verborum brevissimo comprehensam ita exponit: Historia est Lux veritatis, Testis temporum, vita memoriæ, vetustatis nuncia, Magistra vitæ. Cujus tanta necessitas, ut nescire quid ante se acciderit, illud sit semper puerum esse. Quæ vel ulterius cuique cogitanda, vel alibi satis dilucidè explicata nunc merito relinquimus, vel etiam illustranda repetendaque commodiori occasione reservamus. Atque hæc de Historia illa, quæ *πραγματικὴ* appellatur, breviter indicata sint: Cæteras species sive partes τῶν χειρογραφῶν, τῶν χρονολογῶν, καὶ τῶν γενεαλογῶν hic non attingemus, quin de his ipsis quoque; alius erit dicendi locus, alia occasio. Isti arduæ Professioni cum me magis idoneum hoc tempore judicaret Facultas Philosophica incluta, præmissa ardente divini Numinis invocatione, cum appreciatione felicium successuum ἀποθυμῶν Collegæ Facultatis ad unum omnes me elegerunt: cumque isti Electioni accessisset omnium Professorum per reliquas 3. Facultates consentiens comprobatio, subjunctissimæ denominationi clementer annuit Sereniss. Princeps ac Dn. Dn. JOHANNES GEORGIUS, Dux Sax. Julicæ, Clivicæ & Mont. Rom. Imperii Archim. & Elector, &c. Dominus ac Nutritius noster benigniss. suamque Clementiss. voluntatem gratiosè declaravit, confirmatione petita largissimè attributa. Ego verò quamvis cum Antecessoribus comparari haud queam: ad eam rem tantam tamen subsidio mihi diligentiam comparabo; omni que pietate, studio & cura elaborabo, ut si non ad ostentationem, ad utilitatem tamen discipulorum me accommodatum fuisse omnes boni experiantur. Nec enim in cæteris quoque; *αὐτοπροσώπως* sive etiam *ἐξ ὑγιῶς* docent Plato, Aristoteles, Euclides, Virgilius: Sed illorum discipuli, quantis seculis posteriores, tantis partibus deteriores. Et quia præmittenda est Lectioni ex more & consuetudine Oratio quædam inauguralis, eam proponam, in auditorio Majoris Collegii ad proximum diem Mercurii H. VIII. matutina. Itaque Magnif. Dn. Rectorem, Dnn. Professores universos, aliosque; Academiæ proceres, & horum studiorum nostrorum; amantes reverenter, humaniter, atque officiosè invito rogoque; ut hujus novæ Professionis exordium honorifica sua præsentia ornare, affectumque; suum insignem cum devota felicium successuum appreciatione contestari, suaque autoritate, tacitaque cohortatione juventutis ardorem excitare cupiant: Quibus universis ac singulis pro eo officio, animi gratissimi studium, quacumque occasione cupidissimè præstandum pollicemur. PP. Lipsiæ D. II. Maii Anno M DC XXX.

M. CUNRADUS BAVARUS HALLENSIS
Poeticæ ad annos 23. Nunc utriusque
Linguae & Histor. Professor.

THEOLOGICAL LIBRARY

ВЪ СМЫСЛѢ ВЪДЪВІВІЯ НУГЕНСІЯ

Въ СМЫСЛѢ ВЪДЪВІВІЯ НУГЕНСІЯ.
Въ СМЫСЛѢ ВЪДЪВІВІЯ НУГЕНСІЯ.
Въ СМЫСЛѢ ВЪДЪВІВІЯ НУГЕНСІЯ.
Въ СМЫСЛѢ ВЪДЪВІВІЯ НУГЕНСІЯ.
Въ СМЫСЛѢ ВЪДЪВІВІЯ НУГЕНСІЯ.



LECTORI BENIGNO AC STU-

DIOSO S. P.



Icut omnes Artes, quæ ad humanitatem pertinent, ut ait Cicero, communi quodam quasi vinculo inter se continentur; usq; adeò, ut nullius ignarum esse oporteat eum, qui plenum ac laudabile eruditionis opus quærat; quam *συγκολλητικὰς* appellare solemus: Ita utriusq; Lingua & Historiarum studium est admandum colendumq; vel in primis: quod cæteris omnibus non tantum fundamenta suppeditet, sed & perfectionem addere, & ornatum insignem afferre existimetur; juvenuti utile, senibus jucundum, necessarium omnibus, principibus commodum, Reipub. salutare, atq; adeò *ἀξίον τῆς τοῦ αἰῶνος*. Et studium sanè Linguarum quantoperè sit necessarium ad scientiam, sive cognitionem rerum comparandam accuratam, multum hîc verborum facere non est opus fortassè: Cùm enim scientiam rerum, atq; omnium Artium præcepta atq; instituta ab alienis gentibus acceperimus, peregrino sermone comprehendenda; utiq; illorum quoq; linguam ignorari non debere consentaneum est. Id quamvis aliqui negare audeant; Operosè tamen refutandi non videntur esse, propterea, quod omnium Eruditorum summa consensione gravissimoque iudicio talis opinio sit enervata atq; explosa. Linguarum multitudo atq; diversitas unde traxerit originem, obscurum nemini nostrum esse potest. Et quamvis in pœnam temeritatis prodita sit: Infinitam tamen Authòris sapientiam manifestè ostendit; ut illarum cognitio præclarum ac singulare donum Dei haberi debeat; quarum diversarum notitia opus in primis *εὐσεβείας* vel *εὐσεβείας* Remm. vel etiam in quavis vitæ statu & conditione incumbenda versari ac prosperari exoptent. *studia* (Cicero) *est: Quij* omnium hoc verum Ciceron etiam exstate: qu tanquam argumen Romani philosoph mentum; *Ovidio* pronuntiatum sit in 2. de Arte: *Quin hoc firmiter teneri debet, quod Dn. Philippus alicubi graviter confirmavit: Sine bis literis nec Religionem durare, nec bonas leges, nec quicquam salutare aut laudabile amplius in rebus humanis esse posse.* De qua re multa graviter scripta sunt à Dn. Camerario in præfat. ad Epist. fam. Ciceronis: & in Elem. Rhet. similiter à Dressero in Rhetor. Et à Fridericho hujus successoris, sapienter commemorata repetitaq; in orat. inaugurali, publicata Anno 1608. quæ in omnium manibus versari atq; observari debent. Neq; hic prolixam Historiæ commendationem instituire fortassè fuerit opus, aut pretium operæ: quando quidem totum rerum atq; actionum tum divinarum, tum humanarum. curriculum ipsa complectatur; sitq; non tantum consiliorum informatrix, sed & moderatrix actionum in omni vitæ genere, statu & conditione: usq; adeò, ut quod Philosophi præceptis moralibus inculcare, Oratores argutis sermonibus ostentare, Poëtæ suavissimis fictionibus insinuare conantur; Illud universum Historiarum sive gestorum luculenta enarratione multò rectius efficiatur. Aristot. in Rhet. profitetur, *Exempla non minus docere, quam argumenta, quod illa magis incurrant in sensus, & afficiant magis; dum nimirum valeant vel successuum felicitate ad pariter faciendum deliberantem impellere, vel eventuum atrocitate ab instituto detertere.* Atq; eum ipsum Historiæ usum pleriq; scriptores omnes tum veteres tum recentiores, præfationis cujusdam loco indicare ac præsignificare solent: Quem admodum Herodotus ipse suæ prolixæ Historiæ brevem summam tribus, quod dicitur, verbis indicat, dum scribit: *Trojam propter adulterium Paridis everfam esse: ὅπως καταφαιέ τις τοῖς ἀβελήτοις γένεται, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσι καὶ τιμωραὶ αὐτῶν τῶ θεῶ.* Idem Herodotus scribit *τῶ Ζεὺς Ζεὺς ἀπέστασε* statuat lapideam positam fuisse in templo Ægyptiaco cum hac inscriptione: *εἰς ἐμὴν εἰσορθεὺν τις εὐσεβείης ἔστω.* Ex lapsu turris Silohanae exemplum capiend. omnibus esse Salvator ipse monet; quo Historiæ usum aperte indicat: *εἰδὼν μὴ μετανοήσῃς, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἀπολαύσῃς.* Et rursus: *εἰδὼν μὴ μετανοήσῃς, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἀπολαύσῃς.* ut inde nectatis & fidei. caniantur præcepta do-



Nec levis ingenuus pectus coluisse per Artes Cura sit, & linguas edidicisse duas.

Quin hoc firmiter teneri debet, quod Dn. Philippus alicubi graviter confirmavit: Sine bis literis nec Religionem durare, nec bonas leges, nec quicquam salutare aut laudabile amplius in rebus humanis esse posse. De qua re multa graviter scripta sunt à Dn. Camerario in præfat. ad Epist. fam. Ciceronis: & in Elem. Rhet. similiter à Dressero in Rhetor. Et à Fridericho hujus successoris, sapienter commemorata repetitaq; in orat. inaugurali, publicata Anno 1608. quæ in omnium manibus versari atq; observari debent. Neq; hic prolixam Historiæ commendationem instituire fortassè fuerit opus, aut pretium operæ: quando quidem totum rerum atq; actionum tum divinarum, tum humanarum. curriculum ipsa complectatur; sitq; non tantum consiliorum informatrix, sed & moderatrix actionum in omni vitæ genere, statu & conditione: usq; adeò, ut quod Philosophi præceptis moralibus inculcare, Oratores argutis sermonibus ostentare, Poëtæ suavissimis fictionibus insinuare conantur; Illud universum Historiarum sive gestorum luculenta enarratione multò rectius efficiatur. Aristot. in Rhet. profitetur, *Exempla non minus docere, quam argumenta, quod illa magis incurrant in sensus, & afficiant magis; dum nimirum valeant vel successuum felicitate ad pariter faciendum deliberantem impellere, vel eventuum atrocitate ab instituto detertere.* Atq; eum ipsum Historiæ usum pleriq; scriptores omnes tum veteres tum recentiores, præfationis cujusdam loco indicare ac præsignificare solent: Quem admodum Herodotus ipse suæ prolixæ Historiæ brevem summam tribus, quod dicitur, verbis indicat, dum scribit: *Trojam propter adulterium Paridis everfam esse: ὅπως καταφαιέ τις τοῖς ἀβελήτοις γένεται, ὡς τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσι καὶ τιμωραὶ αὐτῶν τῶ θεῶ.* Idem Herodotus scribit *τῶ Ζεὺς Ζεὺς ἀπέστασε* statuat lapideam positam fuisse in templo Ægyptiaco cum hac inscriptione: *εἰς ἐμὴν εἰσορθεὺν τις εὐσεβείης ἔστω.* Ex lapsu turris Silohanae exemplum capiend. omnibus esse Salvator ipse monet; quo Historiæ usum aperte indicat: *εἰδὼν μὴ μετανοήσῃς, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἀπολαύσῃς.* Et rursus: *εἰδὼν μὴ μετανοήσῃς, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἀπολαύσῃς.* ut inde nectatis & fidei. caniantur præcepta do-